



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd contingat hominem interdum animi motu, interdum carnis fragilitate  
peccare. xxxiiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

fuerit. Ita quoq; nullus sacerdotū, vel pōtifex peccatorum vulnera curare potest, animab<sup>o</sup> peccata auferre, nisi prēstā te sollicitudine & oratione lachrymarum. Necesse est ergo fratres charissimi vos sollicitos esse pro peccātibus: quia sumus alterutrū membra. Ideoq; & nos si viderim<sup>o</sup> aliquē in peccatis iacentem, festinemus eum ad p̄enitentiam per nostram doctrinam vocare. Et quotiescumque dederis consilium peccanti, simul quoq; da illi p̄enitentiā statim, quantum debeat ieunare, aut eleemosynis redimere peccata sua: ne fortè obliuiscaris quæ tibi iam dixit, & iterum necesse sit tibi interrogare, & forsitan erubescet iterum peccata sua confiteri, & inuenietur iam amplius iudicari.

*Quod contingat hominem interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccare.*

*Caput XXXIII.*

**S**ed & hoc emēdatione indigere perspēximus, quòd quidam dum constentur peccata sua sacerdotibus non plenē id faciunt. Quia ergo constat hominem ex duabus esse substantiis, anima videlicet & corpore, & interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur, solerti indagatione debent inquiri ipsa peccata, ut vtrisque plena sit confessio, scilicet ut & ea cōfiteātur quæ per corpus gesta sunt, & ea quibus in sola cogitatione delinquitur. Instruendus est itaque peccatorum suorum confessor, ut de octo principaliis vitiis, sine quibus in hac vita difficile viuitur, confessionē faciat: quia aut cogitatione, aut, quod grauius est, opere, eorum instinctu peccauit: odium etenim, inuidia, superbia, vel cæteræ huiuscmodi animæ pestes tanto periculosius lēdunt, quanto subtilius serpunt.

*Ut p̄enitentia absque personæ acceptione imponatur.*

*Caput XXXV.*

**V**er sacerdos p̄enitentiam imploranti, absque personæ acceptione, p̄enitentia leges iniungat.

*De incestis occultè commissis. Cap. XXXVI.*

**S**i quis incestum occultè commiserit, & sacerdoti occultè confessionem egerit, indicetur ei remedium canoniciū. *Ex dictis August.* Viquid subire debuisset, si eius facinus publicatum fuisset. Verum quia latet commissum, detur ei à sacerdote consilium, ut saluti animæ suæ pro occulta p̄enitentia proficiat, hoc

*Ex cōcil.*

*Cabillon.*

*cap. 32.*

*Ex cōcil.*

*Cartha.*

*cap. 74.*